

Forfatter: Worm, Jacob

Titel: Udrag fra . - [1968]

Citation: Worm, Jacob: ". - [1968]", i Worm, Jacob: . - [1968], udg. af ERIK SØNDERHOLM , [1968]-1994, s. 234. Onlineudgave fra Arkiv for Dansk Litteratur: <https://tekster.kb.dk/catalog/adl-texts-worm01val-shoot-idm140677732470976/facsimile.pdf> (tilgået 04. maj 2024)

Anvendt udgave: . - [1968]

- Thesis 9.
- 150 Idola Jeroboami politica, sunt vel civilia, vel bellica, illa
 respiciunt vel [domum] iudicii seu summi juris, vel domum
 153 supplicationum seu cancellos, vel ararium, et alias publicas
 regni Jeroboami aedes, ut et regni bona, silvas, arces, praedia.
- Thesis 10.
- 156 Eheu! non absque lamentis et subjectorum querelis videre
 et observare licet, quod Reges Israël sæpe [vident] alienis
 oculis, audiunt alienis auribus, respondent alienorum labi-
 159 orum oraculis, regunt atque administrant alienis manibus.
 Nativos, insitos, atque ingenuos regni ordines et cives,
 antiqvo stemmate, avitâ fortitudine ac virtute, nec non
 162 verâ nobilitate claros ceu περὶ[ψ]ήματα et fungum altô [præter-
 eunt] superciliô, omittunt, negligunt, atque repudiant, in
 horum locum electis, cooptatis, atque ad summum fortunaæ,
 165 bonorum, honorum, et munerum fastigium cunctis ac
 164 promotis exoticis / atque extraneis, peregrinisque, nuga-
 toribus, Venatoribus, [pistoribus], lippis, Tonsoribus, lisis,
 168 calonibus, [fricticiceris] et nucis emptoribus, Agÿrtis, cir-
 cumforaneis, blateronibus, et gerrarum sicularum vendi-
 toribus, Adulatorum, mimorum, momorum, parasitorum et
 171 leonum quisquiliis atque [umbris] phantasticis ac fanaticis,
 non sine Ecclesiæ damno, Patriæ luctu, bonorum gemitu, et
 ipsius Regis Israël pernicie ac calamitate.
- Thesis 11.
- 174 Imprudentia, juris patrii ignorantia, tædium jus dicendi,
 indulgentia scelerum, nimia, nausea ac negligentia audiendi
 177 afflictorum supplicationes, obedientia exoticis adulatoribus
 præstata, sunt haud infima certè Jeroboami idola politica.